



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLXXXIII. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt dem
Johanniter-Comthur zu Braunschweig und Gardow die von Hermann von
Warburg erkauften beiden Dörfer und den Hof Remerow, am 15. Mai 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

allem acker, buwet und ungebuet, wischen, weiden, holten und mit allen thobehoringe, mit sodamen Rechte und Freiheit, alsz wie dat persöhnlich beth nu gehatt hebben, vnser leuen getruwen Rattmannen und gemeinheit der Borger vnser Stadt fredelant hebben vorkofft, frie tho besittende tho ewigen tiden; die freiheit des dorpes und gueder die dartho gehören hebben wy geuen der Menheit dersüluen Stadt also; datt se datt dorp mit allen sinen thobehoringe sonder bede quid und frie scholen besitten tho ewigen tiden. Vor datt dorp und frieheit hebben de Rahttmann tho der Tidt von der Menheit wegen uns hundert und vieff und achtentlich pundtt Brandenburgischer penninge gantzlicken bethalet. Vp datt dieffe Kop und gifft redlicken geschehen, in thokamender Tidt von vnsern Nachkomen nicht werde gebracken, hebben wy dieffe dinge und breue schriuen lathen und mit anhengunge vnser ingesegels beuestigt. Tüge deser sindt Buffo von Ilenborch, Wilcke Sonecke, Ridder und vele andere Clerick und Leyen, de glovenwerdich. Geschehen to Euerdtswolde, na der Bordt Christi vnsern Hern MCCLXXXVI., des Middeweckens vor Michaelis.

Nach Rudloff, Cod. dipl. hist. Megalop. I., 159.

CCLXXXII. Markgraf Otto von Brandenburg consentirt in eine Schenkung, welche der Römische König Rudolph an das Bisthum Basel vorgenommen hat, am 17. August 1297.

Nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, princeps sacri Rom. imperii, notum facimus presentium inspectoribus uniuersis, quod cum olim preclare memorie serenissimus Dominus Rudolfus, Romanorum rex, transtulerit iura patronatus ecclesiarum in Ougst et in Zeyningen Basileensis diocesis, ad imperium pleno jure pertinentia, in bone memorie Dominum Henricum Basileensem Episcopum et ecclesiam suam, pro ordinandis in eadem ecclesia Basileensi duobus presbyteris in remedium animarum felicitis recordationis Domine Anne, quondam inclite Romanorum regine, conthoralis sue, et illustris Domini Hartmanni filii sui; de consensu principum, quorum super hoc patentes litere sunt conscripte; nos dicte translationi seu donationi consentimus et ratam haberi volumus presentium testimonio literarum. Datum in Cadano, anno domini M^o. CC^o. XC^o. septimo, in octaua S. Laurentii martiris, Indict. X.

Aus Gercken's Cod. V., 84, 85. Die Urkunde ist zu Cadan in Böhmen datirt, wo die Churfürsten damals wegen der Absetzung Rudolphs versammelt waren.

CCLXXXIII. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt dem Johanniter-Comthur zu Braunschweig und Gardow die von Hermann von Warburg erkaufte beiden Dörfer und den Hof Nemerow, am 15. Mai 1298.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Cum Rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que de verborum serie redactorum in ipsam nihil minuit neque mutat,

sapientum decrevit Industria, ut ea, que aguntur, debita literarum serie et fidelium roborentur testimonio, ne posteris dubium oriatur. Proinde nos Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus, et in publicam noticiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, quod miles noster strenuus et fidelis Hermannus, de Warborch dictus, bona subscripta, videlicet villam Magnam Nemerow, villam Paruam siue Slaucalem Nemerow, et curiam Nemerow, cum omnibus agris cultis et incultis, lignis, silvis, rubis, aquis, molendinis edificatis vel edificandis, pascuis, pratis, cum integris distinctionibus et generaliter cum omnibus, que ad dictas villas et ad curiam pertinere dinoscuntur, cum omni jure, sicut dicta bona a nobis habuit, viris religiosus et in Christo Reverendis, videlicet Fratri Ulrico, Swaf dicto, Commendatori domorum in Brunswych et Gardow, Ordinis S. Johannis Hospitalis Iherosolimitani, et omnibus suis confratribus ejusdem Ordinis, pro sexcentis et triginta talentis Brandenburgensium denariorum cum nostro consensu vendidit et dimisit, idemque Frater Ulricus dicta sexcenta et triginta talenta eidem Hermannus persolvit, qui ea suscepit, et dicta bona nobis ad manus dicti Fratris Ulrici, et suorum confratrum ejusdem ordinis voluntarie et libere resignavit. Nos igitur attendentes dictorum fratrum vitam celibem, bonorum operum frequentiam, ordinis sanctitatem, sperantesque in anima et corpore apud Deum piis ipsorum meritis adjuvari, ad laudem Dei omnipotentis, ejusdem Matris Marie Virginis perpetue et beati Johannis, pro salute animarum, nostre videlicet et progenitorum ac filiorum et heredum ac successorum nostrorum, proprietatem eorundem bonorum eidem Fratri Ulrico, et suis confratribus ejusdem Ordinis dedimus et presentibus damus, ita quod easdem villas duas cum curia predicta, cum omnibus suis pertinentiis libere perpetuo possidebunt. Ab hominibus enim in eisdem bonis habitantibus ex nunc et deinceps per nos, vel nostros successores, aut nostros aut ipsorum Advocatos vel Bedellos vel ipsorum nuncios, nunquam precaria, nunquam curruum, vel alia servitia requiruntur, et ad custodienda propugnacula, vel ad viarum transitus, qui vulgariter Landwere dicuntur, nunquam de cetero tenebuntur, sed quicquid idem Frater Ulricus, et sui confratres predicti cum ipsis hominibus fecerint, gratum tenebimus ac ratum. Insuper quia idem Frater Ulricus, cum adhuc secularis esset, nobis exhibuit servitia valde grata, et ipsum in omnibus fidelem semper inuenimus et constantem, ipsum censemus merito specialiter honorandum, ut ipse bona regat et possideat ad tempora vite sue, nec ipsum absque suo consensu ab eisdem volumus aliquatenus amoveri. Post mortem autem ipsius disponat Magister Ordinis de illis, sicut de aliis bonis, prout Ordini novit expedire. Ne autem hec nostra gracia eidem Fratri Ulrico vel Ordini in posterum violari valeat aut infringi, presentes inde consecras sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes autem hujus sunt Nobiles viri, videlicet, Dominus Henricus Magnopolensis, gener noster dilectus, Dux Otto Stetyensis, avnculus noster, Dominus Nicolaus de Rostock, gener noster, Domicellus Nicolaus de Werlé, Incliti, Reverendus Pater Dominus Dylthmarus Abbas ecclesie Colbazensis, Dominus Nycholaus Prepositus in Vredeland, Dominus Prepositus in Soldin, Dominus Hermannus Prepositus in Landesberghe, Capellani nostri, Reyneke de Wulkow, Rudolfus de Liewendal, Albernus de Bruncow et Wernerus Splint,

Milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Soldin, per manus Johannis Notarii nostri. Anno Domini MCCXCVIII. die ascensionis ejusdem.

Nach dem Originale des R. Geh. Kab.-Archives Job. Orden IX., Vol. 4. -- Sehr fehlerhafte Abdrücke dieser Urkunde befinden sich in Gercken's Fragm. March. IV., 11, und Buchholz, Gesch. der Ehurm. IV., Anh. S. 134. Besser in der Gesch. des Geschlechts von Warburg. Zeit. I.

CCLXXXIV. Markgraf Hermann von Brandenburg berichtet an den Papst über die Wahl Alberts zum Römischen Könige, am 28. Juli 1298.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Hermannus, Dei gracia marchio Brandenburgensis ac dominus in Henneberch cum filiali reverentia devota pedum oscula beatorum. Vacante iampridem Romanorum regno per mortem dive recordationis, domini Adolphi quondam Romanorum regis, nos una cum ceteris Germanie principibus, ad quos Romani regis electio in imperatorem postmodum promovendi de iure et antiqua consuetudine dinoscitur pertinere, pro salubri status imperii reformatione, et pro celeri Romanorum regis futuri creatione, nec non propter evidentem tocus rei publice utilitatem, et urgentem sacri imperii necessitatem, convenientes in unum post varios et diversos tractatus, inter eosdem principes, nostros collegas, et nos habitos, pensata rei publice utilitate, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu, prefixa fuit dies ad eligendam personam idoneam in Romanorum regem, videlicet sexto Kalendas Augusti in civitate Franchenvurte, loco ad hoc debito et consueto. Qua die vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, convenientes ibidem cum principibus antedictis, post varium et maturum cum omnimoda sollicitudine de futuri Romanorum regis electione diligenti premissa deliberacione tractatum, Spiritus sancti gratia primitus invocata, in illustrem virum dominum Albertum, ducem Auftrie et Styrie, virum utique nobilem et potentem, de regali prosapia procreatum, laudabilia strenuitatis paterne vestigia imitantem, in omni virtuositate morum et conversationis multipliciter commendatum, valentem et potentem iura imperii regere, defensare et in melius reformare, ac in statu tranquillo et pacifico conservare, tamquam in magis utilem et idoneum tanto regimini gubernando, habito ad rei publice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu principum eorundem, omnium ac etiam singulorum, oculos nostros iniecitimus, ipsum in regem Romanorum, in imperatorem futurum promovendum, una cum principibus antedictis, voto unanimi concorditer, rite et legitime eligendo, cum sollempnitatibus debitis et consuets. Qua quidem concorditer electione quasi divinitus celebrata, eundem cum inenarrabili immensitate tripudii, omnium applaudante caterva nobilium, nec non populi comitiva letante, ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instantia et sollicitudine diligenti duximus requirendum, ut ipse electioni per nos concorditer de ipso celebrate precipue propter Deum et utilitatem rei publice, suum dignaretur impertiri consensum, qui tandem